sv. Ladislav Kralj

priznavalac, zaštitnik Zagrebačke nadbiskupije
spomen III. nedjelje po Duhovima

Antiphona ad Introitum	Ulazna pjesma
Os iusti meditábitur sapiéntiam, et lingua eius loquétur iudícium: lex Dei eius in corde ipsíus. (Ps) Noli aemulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. *Glória Patri…* Os iusti…	(Ps 36, 30-31) Pravednikova usta govore mudrost i jezik njegov kazuje pravdu. Zakon je Božji u srcu njegovu. (Ps 36, 1) Ne zavidaj sreći grešnika i ne žesti se radi zlotvora. *Slava Ocu…* Pravednikova usta…
Oratio	**Molitva**
Deus, qui beátum Ladisláum regem nostrum, pium confessórem tuum divérsis decorásti miráculis, tríbue, quaésumus, ut eius suffragántibus méritis ab ómnibus muniámur advérsis et gáudiis perfruámur aetérnis. *Per Dóminum…*	Bože, koji si blaženog Ladislava, našeg kralja, tvoga smjernog priznavaoca ukrasio različitim čudesima, podaj, molimo, da se posredovanjem njegovih zasluga obranimo od svih protivnosti i uživamo u vječnim radostima. *Po Gospodinu…*
Protéctor in te sperántium, Deus, sine quo nihil est válidum, nihil sanctum: multíplica super nos misericórdiam tuam ; ut, te rectóre, te duce, sic transeámus per bona temporália, ut non amittámus aetérna. *Per Dóminum…*	Bože, zaštitniče onih koji se u te ufaju i bez kojega ništa nije jako, ništa sveto, obaspi nas svojim milosrđem, da pod tvojim vodstvom i ravnanjem tako upotrebljavamo vremenita dobra da ne izgubimo vječna. *Po Gospodinu…*

Epistola	Poslanica
Léctio libri Sapiéntiae. Iustum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illius. In fraude circumveniéntium illum áffuit illi, et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret, et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Haec vénditum iustum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descendítque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum, et dedit illi claritátem aetérnam, Dóminus Deus noster.	Čitanje knjige Mudrosti (Mudr 10, 10-14). Gospodin je pravim putem vodio pravednika, pokazao mu Božje kraljevstvo, udijelio mu znanje svetih, obogatio ga u naporima i oplodio mu rad. Očuvao ga od varalica i obogatio ga. Zaštitio ga od neprijatelja, čuvao od zasjeda, dao mu da pobjedi u teškoj borbi i spoznao je da je mudrost jača od svega. Ona nije napustila pravednika, kada je bio prodan, nego ga je oslobodila iz ruku grješnika. I sašla je s njim u jamu i nije ga ostavila u lancima, dok mu nije pribavila vladarsko žezlo i vlast nad tlačiteljima. One koji su ga crnili otkrila je kao lašce, a njemu je Bog naš Gospodin udijelio vječnu slavu.
Graduale	**Gradual**
Iustus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.	(Ps 91, 13-14) Kao palma cvjeta i kao libanski cedar raste pravednik u domu Gospodnjem. (Ps 91, 3) Jutrom naviješta milosrđe tvoje i noću tvoju vjernost.
Allelúia, allelúia. Beátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitae. *Allelúia.*	*Aleluja, aleluja.* (Jak 1, 12) Blago čovjeku koji nadvlada napast, jer kad bude prokušan, primit će krunu života. *Aleluja.*

Evangelium	Evanđelje
Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis: Sint lumbi vestri praecíncti, et lucérnae ardéntes in mánibus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántes: amen dico vobis, quod praecínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scitóte, quóniam, si sciret paterfamílias, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret perfódi domum suam. Et vos estóte paráti: quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.	Slijedi sveto Evanđelje po Luki (Lk 12, 35-40). U ono vrijeme Isus reče svojim učenicima: Neka budu opasani vaši bokovi i upaljene svjetiljke u vašim rukama, a vi budite slični slugama koji očekuju svojega gospodara, kada se vraća sa svadbe, da mu smjesta otvore vrata, čim dođe i pokuca. Blago onim slugama koje gospodar kada dođe nađe budne! Uvjeravam vas, da će se sam pripasati, narediti im da sjednu za stol i poslužiti ih. Blago tim slugama, ako ih nađe tako došao on bilo o drugoj, ili o trećoj straži. Pazite: Kada bi domaćin znao u koji čas dolazi tat, ne bi dopustio potkopati svoje kuće. Zato budite pripravni i vi, jer će Čovječji Sin doći u čas, kada vi i ne slutite.
Ant. ad Offertorium	**Prikazna pjesma**
Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu eius.	(Ps 88, 25) Moja će vjernost i moje milosrđe biti s njime, i svojim ću imenom uzdići njegovu moć.

Secreta	Prikazna molitva
Hóstias piae placatiónis offérimus cleméntiae tuae, omnípotens Deus, ut eas beáti Ladisláі regis nostri et confessóris tui méritis et précibus placátus accípias et cleménter dispénses. *Per Dóminum...*	Tvojoj milosti, svemogući Bože, prinosimo žrtve smjernog pomirenja, da ih po zaslugama i molitvama bleženog Ladislava, našeg kralja i tvoga priznavaoca, umilostivljeno primiš i milostivo udijeliš. *Po Gospodinu...*
Réspice, Dómine, múnera supplicántis Ecclésiae: et salúti credéntium perpétua sanctificatióne suménda concéde. *Per Dóminum...*	Pogledaj, Gospodine, na darove Crkve koja se moli i podaj da ih vjernici primaju na trajno posvećenje i spasenje. *Po Gospodinu...*
Ant. ad Communionem	**Pričesna pjesma**
Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen dico vobis, super ómnia bona sua constítuet eum.	(Mt 24, 46-47) Blago slugi koga gospodar nađe budna, kad dođe. Zaista vam kažem: Postavit će ga nad svim imanjem svojim.
Postcommunio	**Popričesna molitva**
Sacraménta illibáta, Dómine, suméntes, cleméntiam tuam exorámus, ut intercessiónem beáti Ladisláі, regis nostri et confessóris tui, et praeséntibus non destituámur subsídiis, et gáudiis perfruámur aetérnis. *Per Dóminum...*	Primivši, Gospodine, savršena otajstva, milost tvoju molimo, da zagovorom blaženog Ladislava, kralja našega i tvojeg priznavaoca ne budemo lišeni sadašnje pomoći i da uživamo u vječnim radostima. *Po Gospodinu...*
Sancta tua nos, Dómine, sumpta vivíficent: et misericórdiae sempitérnae praéparent expiátos. *Per Dóminum...*	Tvoja nam sveta otajstva koja prinosimo, Gospodine, dala život i očišćene pripravila na neprestano milosrđe. *Po Gospodinu...*